

sine cruciatus possitis, durâ latinitate, qualis in his officinis auditur, sene lanceinati. At in Heinsio hoc, pridem in Bossio, Barlaeo alijs consuetudo est et habitus. si pers aut cupis ne sim tiro tuae semper amicitiae, specta juvenis armatae auris est, et firmare animum expedit constantibus exemplis: in ea tempora natus es. Nunc, ut pauli benignius te dimittam, vale et me ama Vir doctissime et amplissime Taus C.H. 29. Dec. 1636.

Lareno.

(250).
 Diastime munis culis suis Vir Reverende, ego te alienis, cum deo meo non sit, quod ~~rependam~~ rependam. ergo quantum hic beneficii agnosces Principi meo acceptum fecto. me ut vel mallei vel cunei loco habes, opera pretium, et abunde fecero. superest ne hoc moras aliquantulum mihi imponetur, quod si ab humanitate tua impetravero, qui avocamenta nostrae et aulae genium non ignoras, omnis gratiae vicem superaveris magis, quam impleveris, quicquid enim tibi suggeras nihil neque cuneo neque malleo debes, sed victici dextera, quae illos rexerit, et his pauculis non inviti subscripsit. Amato et hanc meam, tamen licet immerentem nisi quod, et libentissime hic testatur et subscribit esse me ex animo tuo C.H. 7. Januarii 1637.

Protio.

Nobilissime et Amplissime Domine.

(251).
 Quod ab Affine Reigersbergio in antecessum accepisti, rogat de Principe meus, ut paulisper hoc sibi vaces, et quâ commodo tuo fieri possit, sententiam scripto exponas circa tres quaestiones schedula istâ comprehensas. Prima, ut intelliges, illustris est, et apprimè te digna; proposita pridem quoque nonnullis et præcipuis, sed communium et quales hoc fere forum occupant trivialium causarum patronis. quorum solutiones proinde trepide, et hæc a pœcvs. datae non fuit visum acquiescere. Quae sequitur, ut multifaria sit, neque unius generis, minus nodi habet, inspectis, quae accedunt Testamentis, et quas impetravimus ut ad lingua fenda annotari, strictius laxius ne testandi licentis. Adeo hic stabilendis magis aliorum opinionibus et responsis adhiberi Vir summe, quam ut quasi desperato ulcersi archiater invoceris. Tertia, ne fallaris, non Jurisconsulti cuiuspiam, sed solius Principis est. qui tæcits aduvalts te traxpa los, non semel movitur, controuertere
 C.H.

hæc tamen amat, et in luce meridiana excutire videri, cum
sua interesse sentiat, ne vel hæc diem faciat. Quarto capite
quid postuletur vides. addendum et his tamen, ut quam
operte fieri possit, excutienda Gallii quæstio tradatur, non
scrupulum, et quam in illa gente, non unius vultus hoc
esset cadaver, nisi causam per te validam armis tueremur.
Expectabimus vir nobilissime, quam max tantillum
gravioribus curis subidere volueris, qui quasi ludibundis
hæc tractare vales, et securi feriari interspicias, unde
nec te magnas ingenia sine sudore expediant. Vale et me
amo excelsi nominis et virtutis tuæ cultorem addictis-
simum. Haga Comitum 26. Jan: 1637.

C. H.

Rogaris item, quod amiseram ut
vernaculo sermone nostro potius
quam Latino aut Gallico respondeas
atque ut hæc scripta denique simul
cum consilio remittantur.

Heinsio.

(252)
Obsecro te Nobilissime Domine tres has epistolas, quarum
unam olim videris, serio tandem inspicere velis, et
quid sacrificulo Quendelino, viro cæteroque doctissimo
meique, ut vides amantissimo, semel reponi possit,
disertis verbis iudicare: ad hoc præcipue et unico, quod
de Chronico Samaritano toties jam urget. de libri
editione, facile iudicio spem vanam esse. sed an videnti
saltem copia homini sincero et candido promitti possit,
tu dices, et hæc postremam eo nomine molestiam
a me feres. scribo ista, mi amice, animo gravi
maerore sollicito, in diutino et anticipati Charissima
Uxoris meæ morbo, qui 14^o die a facili et felici præ-
perio exorsus, in Aphas denique erupit, et symptomatis
quæ has comitari solent miserè illam exagitat.
quid mihi nunc sit, nemo te melius æstimabit, cui
illud vulnus inflixit Custos hominum, quod a meo
capite, nescio, nescio, mi Heinsi, an auersurus sit.
Miserere ut facis.

18. Aprilis 1637.

Tui

C. H.

Petro Magero
Predicant in's Brielsche
Nieuwland, ontrent
des Nieuwstræt in
den Briel.

(253)
Quando me vis facere vir doctissime, quod a te mihi
expectandum sit, et expectandum; aio, fieri vix posse
quia ab ipsa Invidia omne punctum feras. cum id
quod in omni scriptione non dubie attigeris, scopo
proximam est, non dubie attigeris, ut te dulcissimum
Hæc

Hæc